



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.l.], 1645**

§. 6. Eremitæ à pueris & Angelis panis tantùm, sed miraculosè fertur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

*stantialem* vertit; quasi tantum de Eucharistia & pane Angelorum solliciti esse debeamus; aut certè de diario, & hodierno, non de crastino pane. Et quanquam, *panis* nomine, in diuinis, etiam alij hominum cibi intelligantur, non voluit tamen Christus à nobis peti ficedulas, aut alaudas, aut turdos, aut perdices & coturnices: multò minus linguas psittacorum. Itaque pane prouisum est, quibus è cœlo sua missa est annona; aut certè rarissimè cibo preciosiore.

3. Reg. 17.  
6. Marti  
al. lib. 13.  
61.

Nam vtique carnes, quas, cum pane, cornutus Eliæ detulit, non erant cassitæ, aut *Ionicarum gustus atagenarum.*

§. VI.

*Eremita à pueris & Angelis panis tantum, sed miraculosè fertur.*

Seuer.  
Sulp.  
dial. 1.  
c. 3.

Porro, quod Paulo & Antonio contigit, id solitario etiam alteri atque Abbati eius, Seuerus Sulpitius memorat euenisse. Haud longè ab eremo contigua Nilo, multa erant monasteria, è quibus, si qui maiorem virtutem mente concepissent, vt, acturi solitariam vitam, se ad eremum conferrent, non nisi permittente Abbate, discedebant. Transgressis ad eremum, Abbatis ordinatione, panis, & quilibet alius cibus ministrat.

strabatur. Cuidam duo pueri eum panem detulerant, adeò innocentes, vt redeuntibus aspis miræ magnitudinis veniens obuiã, quasi incantata carminibus capi se, palliòq; inuolutam ad monasterium innoxiam deportari permiserit. Duodennis puer *Monasterium, quasi victor, ingressus, in occursum fratrum captiuam bestiam, resoluta pallio, non sine iactantia tumore, deposuit. Sed cum infantiam, fidem, atque virtutem ceteri predicarent, Abbas ille altiori consilio, ne infirmior etas insolesceret, utrumq; virgis compescuit, multum obiurgatos, car ipsi, quod per eos operatus fuerat Dominus, prodidissent: opus illud non suæ fidei, sed diuinæ fuisse virtutis: discerent potius, Deo in humilitate seruire, non insignis & virtutibus gloriari; quia melior esset infirmitatis conscientia, virtutum vanitate. Hoc ubi ille frater audiuit solitarius, & periclitatos infantulos serpentis occursa, & ipsos insuper multa verbera, victo serpente, meruisse, Abbatem obsecrat, ne sibi post hæc ullus panis aut cibus aliquis mitteretur. Iamq; octauus dies fuerat emensus, quo se homo Christi, infra periculum famis, ipse concluserat. Arebant membra ieiunio, sed deficere mens cælo intentæ non poterat. Corpus inedia fatiscebat, fides fir-*

ma durabat: cum interim admonitus Abbas ille per Spiritum, ut discipulum visitaret, pia solitudine cognoscere cupiens, qua vitæ substantia vir fidelis uteretur, qui ministrari sibi panem ab homine noluisse; ad requirendum eum ipse Abbas proficiscitur. At ille, ubi eminus senem venire conspexit, occurrit ei obviam: agit gratias, ducit ad cellulam. Cum ingressi pariter ambo, conspiciunt palmiciam sportam calido pane congestam, foribus affixam, de postependere: ac primum panis calidus sentitur odore, tactu verò, ac si antè paululum foco esset ereptus, ostenditur. Egyptij tamen panis forma non cernitur: obstupesci ambo, munus cœlestis cognoscunt: cum ille hoc Abbatis adventu prestitum fateretur; Abbas verò illius fidei ac virtuti adscriberet: ita ambo cœlestem panem cum magna exultatione fregerunt. Quod cum Abbas ad monasterium post regressus fratribus retulisset, tantus omnes incenderat ardor animarum, ut certatim ad eremum & sacras solitudines ire properarent.

## §. VII.

Natura & castitas paucis, superbia & luxus abundantia gaudent.

Cuperem horum imitatores existere; nō qui ad eremum, sed saltem qui, in jeiunio,  
seque-